

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8. De Indulgentiarum thesauro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

menti est sacerdos habens auctoritatem ordinariam vel delegatam. Ex quo patet quod sacerdos sola ordinis potestate fatus, non est minister huius sacramenti. Et quoniam in propositione non habeat locum distinctionis illa de ministro ex officio, vel in articulo necessitatis sicut in Baptismo, oportet dicere, quod si sacerdos sola ordinis potestate absoluat, sacramentum nullum est, quia deficit minister. Est quoque sacramentum hoc ex sua natura iudiciale, quoniam forma eius consistit in actu iudicis, ut sic: actus autem iudicialis, etiam si singendi detur licentia, non potest intelligi exerceri, nisi in subditum: igitur non ex Ecclesiæ constitutione, sed ex ipsius sacramenti judiciali natura exigitur potestas iurisdictionis in hoc sacramento. Duplenter autem contingit habere potestatem iurisdictionis, primo ex parte principi iudicandi, ira, & potestas ipsa iurisdictionis, si principium iudicij, sicut in naturalibus calore est principium calefacientis, & in politicis potestas principis est principium puniendi, & in ecclesiastici potestas poenitentia est principium excommunicandi, & bannissimi. Alio modo inveniatur iurisdictione ex parte eius, qui iudicandus est, sicut contingit in iudicio arbitrorum, à partibus tantum potestatem habentium, ex hoc ipso quod illis se submittunt in illa causa. In ministro vero sacramenti penitentiae quam ordinaria vel delegata à superiori potestate est minister, licet inveniatur potestas iurisdictionis primo modo, ad ministrandum tamen sacramentum penitentiae, sufficit potestas iurisdictionis secundo modo. Et ratio est, quia sacramentum abolutionis principium non est potestas iurisdictionis, sed potestas ordinis, potestas autem iurisdictionis concurredit quod ad hoc solum, quod facit de peccatore subditum, vel si nollicerit vel quo ad talia peccata. Et hinc sit, ut quicumque potest se subiungere in foro penitentiali cui vult, non egeat aliunde iurisdictione in ministrante ei hoc sacramentum.

Et per hoc patet responsio ad primum, ex hoc enim quod summus pontifex nulli in terris subditus est, potest scilicet subdere in foro penitentiali quilibet sacerdoti, nec confessor ille habet, proprie loquendo, potestatem iurisdictionis super papam penitente a Christo, vel ecclesia, vel ab ipso papa tanquam a superiori: sed ex ipso quod papa se subdit illi. Et hic modus iurisdictionis reductus spectat ad iurisdictionem delegatam, quāvis proprie non sit delegata.

Ad secundum dicitur, quod quia quo ad peccata venialia quilibet est liber respectu sacramenti penitentiae (eo quod nullus tenetur confiteri venialia) ideo facis rationabile est, quod quilibet potest se subdere cui vult sacerdoti pro sacramento penitentia venialium. Et sic inveniatur hic non sola potestas ordinis, sed potestas iurisdictionis reducitur, quæ quia non est propriè delegata, facita videtur à dicentibus, qd sola potestas ordinis ministrat sacramentum venialibus, quoniam tamen secundum veritatem si nullo modo iurisdictione interueniret, nullum esset peccatum, ut dictum est. Causa tamen ne huiusmodi iurisdictionem extendas ad abolutionem ab excommunicatione minori, etiā per peccatum veniale in cursu nam quia excommunicatione minori vinculum est introduxit a potestate iurisdictionis, qd est principium iudicij, impossibile est quod sine huiusmodi potestate iurisdictionis, qd est principium alicuius iudicialium, absoluat quis ab excommunicatione minori. Vnde quāvis ha-

bens venialia tñ possit à quocunq; sacerdote penitentiae sacramentum suscipere ex hoc ipso, quod subdit illi: non potest tamen à quocunque sacerdote absolvi ab excommunicatione minori: sed si illam habet, oportet prius à proprio sacerdote ab illa absolvit.

Ad tertium dicitur, quod illud dictum potest dupliciter intelligi: vel omnes sacerdotes à principio ex hoc ipso, quod erant sacerdotes poterat omnes absoluere, vel quod omnes sacerdotes inserviebant non solum sacerdotes communes, sed iudicis communes in foro penitentiali. Primus sensus est falsus: quia de necessitate sacramenti iudicialis est iurisdictionis. Secundus sensus est verus, supposita veritate dicti: quoniam ante distinctiones parochiarum, &c. sacerdotes utramq; potestatem accipiebant, ita qd tunc erat, & sacerdotes cōes & iudices communes, postea aut ordinantur quidam sacerdotes communes, sunt autem iudices proprii, assignando eis plebes proprias. Et multi relinquuntur sacerdotes communes, qui nunquam sunt iudices, nec cōes, nec proprii, vt patet de his, qui non sunt expositi ad audiendam confessionem, nec aliquis se subdit eis quod venialia.

TRACTATVS OCTAVVS.

De indulgentiarum Thesauro in qua
tor Quæstiones diuinas.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Num aliquis thesaurus sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum.
2. Num, & quibus satisfactionibus, & meritis confert thesaurus indulgentiarum.
3. Num satisfactiones, ex quibus est thesaurus indulgentiarum, sunt Christi merita, & sanctorum.
4. Num thesaurus indulgentiarum subdatur Papæ absque sacramentorum collatione.

I R C A Indulgentias post tractatum quēdam alias editum, & plures quæstiones in secundo libro politas, jam tertio scribendum occurrit tripartita consideratione. Primo de thesauro. Secundo de causa. Tertio de suscipientibus.

Circa thesaurum occurunt quatuor querenda: primum, an aliquis thesaurus sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum. Secundo, ex quibus constat dictus thesaurus. Tertio quorum sint, vel fuerint deposita in dicto thesauro. Quarto an illus thesaurus subsit dispositioni summi pontificis.

Q V A E S T I O I .
An thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum.

C Irca primum (an thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum) sciendum est, quod ex duplice capite dubitatio hæc oritur, vel ex eo, quod creditur Papam posse facere effectum indulgentiæ authoritatiue, sicut potest absoluere ab excommunicatione sic, quod ita potest absoluere à debito pecunarum temporalium, quas penitentes pro suis debent peccatis, sicut potest absoluere à vinculis suspensionis, interdicti, & bannissimi. Vel ex eo, quod creditur effectum indulgentiarum non esse aliud, quām solutionem ecclesiastici vinculi, quo penitens alligatus est ad iniunctas.

in iunctas poenitentias. Ex utraque siquidem opinione sequitur nullo opus esse thesauro ad efficaciam indulgentiarum: ut manifeste patet.

Prima autem opinio Francisci Matronis in 4. di. 19. Et fundatur super verbo Christi, Quodcunque solueris super terram, &c. Hinc enim vult papam veluti principem Christianae Reipub. constitutum: & postea ex regulari potestate principum, quia liber princeps habet plenariam potestatem, potest remittere debita peccatoribus in sua politia, insert papam posse remittere debita poenarum temporarium, quas poenitentis tenetur in hac vita vel in purgatorio exoluere. Firmaturque hoc, inducendo, q; sacerdos absoluendo transferit penam eternam in temporalem: ac per hoc de foro inferni in forum temporale, &c. Sed hic dicendi modus tripliciter errat. Primo in hoc, quod non distinguit inter forū penitentiale & forum extrinsecē iurisdictionis ecclesiasticae. Papa enim, licet sit quasi princeps in foro ecclesiasticae iurisdictionis exterioris (cuius signum est, quod est solutus ecclesiasticis penis & legibus, ut princeps) in foro tamen penitentiali est subditus: unde & potest solvi & ligari a sacerdote in foro penitentiali, & potest & deī sibi negari absolutionis, sicut & reliquis sicut accedentib; ad sacramentum penitentie: pena autem temporalis pro peccatis actualib; post contritionem & confessionem debita non spectat ad extrinsecum forum, sed ad forū penitentiale. Quod etiam ex eo pater, quod est eiusdem rationis alii partibus, que remissæ sunt ex uirute clauium, vel per satisfactionem penitentiale, vnde quo ad hoc non habet Papa a Christo potestatem tanquam princeps, sed tanquam minister. Secundo errat in hoc quod nō decernit inter causas debitorum: nam si princeps non posset remittere re causam debiti, nec ipsum debitum remittere posset. Vnde quem papa non possit remittere causam debiti (quoniam causa debiti est peccatum: Papa autem non potest etiam veniale remittere peccatum) non igitur ad potestatem principatus eius spectat remittere penam ex peccato debiti. Tertio errat non discernens modum potentia; aliud est enim Papam posse remittere huiusmodi penas. Datō enim, quod papa possit sicut rei ueritas est quod potest ex illo Christi verbo: Quodcunque solueris, &c. non tamen sequitur, potest hoc rati modo, puta solo iussu: stat enim quod potest hoc alio modo putaper ecclesiastici thesauri dispensationem.

Et hoc patet in simili; nam sicut Christus dixit Petro, Quodcunque solueris, &c. ita dixerit discipulis, Quorum remiseritis peccata, &c. & sic non valet, Discipuli seu sacerdotes possunt remittere peccata, ergo possunt solo iussu seu autoritate; (sed stat, quod possunt alio modo, scilicet ministrando sacramentum penitentiae) ita non valet: papa potest quodcunque soluere super terram; ergo solo iussu seu autoritate hoc potest: stat enim quod hoc possit diversimode, quo ad exteriora quidem solo iussu, quo ad intima vero, peccata scilicet & eorum penas, apud Deum mediante sacramento, quo ad peccata: mediante uero dispensatione thesauri, quo ad dictas penas. Nec sacerdos aliter quam per sacramentum transfert penam eternam in temporalem.

Secunda autem opinio verborū sonum habens pro se (pro quanto indulgentie sonant pro iniunctis penitentis) fundatur super hoc, quod pena debita a penitente apud diuinā iustitiam est referuata superiori tribunali, illius diuinæ iustitiae; ac per

A hoc non potest ab inferiori (qualis est papa) remitti, nisi papa possit supra ius diuinum, quod constat esse falsū. Et hec opinio tripliciter errat. Primo diminutissime exponendo remissionem iniunctarū poenitentiarū, dum exponit pro remissione solius vinculi: quom etiam ipsa verba sonent remissionē ipsarum iniunctarū poenitentiarū, & non solius vinculi iniunctionis: non enim dicitur, quod relaxamus iniunctionem, sed quod relaxamus iniunctas poenitentias. Secundo, quod impietatem trahit ecclesiæ: nam si indulgentia liberaret a sola iniunctione poenitentie, impie ageret ecclesiæ dando indulgentias: quantum absoluendo a vinculo iniunctionis, transmiseret penitentes ad poenas purgatoriæ, a quibus liberati fuissent exequendo iniunctas poenitentias. Vnde magna impietas esset, dice re le facere gratiam dabo indulgentiam. Tertio errat in hoc, quod non discernit inter posse remittere ministerialiter, & posse remittere auctoritatib;. Licet. n. Deo debita solus Deo auctoritatib; remittere posset: homo tñ minister Dei, diuina auctoritate sibi concessa potest Deo debita remittere ministerialiter, nec solum debita penarum, sed etiam debita culparum, vt patet in sacramento penitentiae. Nec hoc est posse supra ius diuinum: sed est ministerialiter fungi auctoritate diuina.

C His igitur exclusis opinionibus, quia ex fine necessitas mediij sumitur, finis autem & effectus in huiusmodi coincidunt: (finitas n. est finis, & effectus medicinae) ideo stabilendus est effectus indulgentiarum ex his quæ certa sunt. Et quoniam certum est omni hoc attestante ecclesiæ, indulgentias succedere loco iniunctarū poenitentiarum, consequēs est, quod idem est effectus indulgentiae, qui erat futurus effectus iniunctæ satisfactionis penitentialis. Constat autem quod per iniunctam satisfactionem penitentiale digne exequitur soluitur pena temporalis pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiam (hoc. n. vniuersaliter credit ecclesiæ) igitur per indulgentiam loco satisfactionis succedentem, si veraciter ac digne acquisita fuerit, soluerit quoq; tantum de pena temporali pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiam, quantum apud easdem equiuale indulgentia acquisita. Et haec ratio non eget ampliori confirmationē, quoniam iam determinatum sit per ecclasiæ Romanam id quod communis doctorum opinio fentiebat, scilicet effectum indulgentiarum esse remissionem penarum temporalis pro peccato actuali debite apud diuinā iustitiam: sed hinc sumenda est necessitas quæsiti thesauri. Vnde considerandum est, q; remissio peccatorū, vt tota clamat scriptura, effectus est passio Christi: ita quod cuicunque remittitur peccatum, siue quo ad culpam, siue quo ad penā, ex virtute passionis Christi remittitur. Credimus autem in huiusmodi remissione sicut & in vniuersis viis Domini nō solum misericordiam, sed etiam iustitiam inueniri: misericordiam quidē in hoc, q; miseria peccatoris computat Christus quasi suam, iustitiam vero in hoc, q; meritum ac passio Christi communicatur peccatori, quasi peccator ipse patetur, vt sic peccator debitum Deo soluat de suo, non per seipsum, sed per Christi communionem acquisito, ut patet in Baptismo in quo pp̄terea fit plenaria peccatorū remissio, quia plenisime comoritur & conseperitur Christo baptizatus. Ex quibus formatur talis ratio, Ad remissionem peccatorum, siue quo ad culpam, siue quo ad penam per sacramenta habendam, exigitur thesaurus aliquis,

puta

puta meritorum passionis Christi remanentium in diuina acceptatione: ergo a fortiori ad remissionem peccatorum quo ad penam tantum per indulgentiam, exigitur alius similis thesaurus. Antecedens patet discurrendo per sacramenta, & ecclesiae doctrinam, quam diximus. Consequentia vero ex se est satis evidens; quoniam omnis ratio expicit quod diuina proutientia si subiicientibus se sacramentis ordinavit, non remitti penam peccatorum, nisi computando penam Christi pro his, quibus remittitur, multo magis ordinavit non remitti penas peccatorum per indulgentias, nisi computando alienas pro acquirentibus indulgentias: quandoquidem submittere se indulgentias, multominus est, quam submittere se sacramentis. Est igitur ad efficaciam indulgentiarum thesaurus aliquis necessarius, non minus quam ad efficaciam sacramentorum.

Q V A E S T I O . II.

Ex quibus constet thesaurus, unde sunt indulgentiae.

Circa secundum quæstum (ex quibus constet thesaurus, unde sunt indulgentiae) ratio dubitandi est: quoniam interdum merita, interdum passiones, interdum satisfactions dicunt esse ea, quod sunt in hoc thesauro deposita. Veritas autem (ut patet) formaliter explicat quod satisfactions superfluae.

Ad cuius evidentiam non aliunde quam ex fundamento prius posito procedendum est, et hoc, scilicet quod indulgentiae succedunt loco penitentialium satisfactionum. Hoc enim dictum oportet cum granulo salis sumere. In penitentiali siquidem satisfactione digne exequuta (puta ieiunio) considerandum est quadruplex officium: h. n. huiusmodi opus quartuor officia, sibi beneficandi, medendi, merendi, & satisfaciendi. Nam ex eo quod est opus bonum, beneficat operantem, & disponit illum ad alia bona opera, ex eo vero quod est tale opus (puta ieiunium) medicinam praebet contra carnis concupiscentias, sicut eleemosyna contra auaritiam, &c. ex eo autem quod a charitate procedit, meritorum est vita eternae & ex eo demum quod poenale satisfactorum est pro pena temporali pro peccato debita: soluit enim pena absque omni contradictione per opus penale ut sic, indulgentia autem non succedit loco satisfactionis penitentialis; nisi quod ad ultimum officium quod est satisfacere: nam ex vi indulgentie non fit homo bonus, nec medicatur, nec meretur, sed solummodo soluit penam quod per penitentiam solvitur, et propterea doctores consilunt assequentiibus indulgentias, adimplere nihilominus suas penitencias: & meritum longe melius est predicant quod indulgentia. Nec propter hoc tam vilipendendè sunt indulgentiae: quoniam ieiunares sunt tollendo penam que impedit ingressum celestis patrie. Notanter autem dixi ex ieiunio indulgentiae, quoniam si indulgentiae mixta coinveniatur opus sanctum, quo acquiritur indulgentia, puta eleemosyna, aut aliqd huiusmodi, sic mixta intellecta indulgentia melior esse potest, quam satisfactio penitentialis.

Nam nullum officiorum inuentorum in satisfactione penitentiali sibi deficit, est enim digne data eleemosyna pro acquirendis indulgentias, reddens bonum, & disponens ad bona opera dantem illum, & praebet medicinam contra cupiditatem pecuniarum, & est meritoria vite eternae, & est satisfactio ria ex propria penalitate, & ultra haec superuenit sibi solutio penae, seu satisfactio per indulgentiam. Ex hoc igitur, quod indulgentia pura succedit satisfactioni penitentiali solummodo quo ad vim satisfactiua, manifeste sequitur, quod thesaurus

indulgentiarum thesaurus est satisfactionum, quæ quia per opera penalia & meritoria fiunt, ideo idem dicitur thesaurus passionum & meritorum, quatenus satisfactoria sunt. Rationabile autem, ultra dicta, in praecedenti articulo monstratur esse, debere esse thesaurum huc thesaurum satisfactionum, seu meritorum, quatenus satisfactoria, ex eo quod unus pro alio & in temporalibus & in spiritualibus satisfactiones pote: non medicatur aut nec sit bonus, nec meretur unus pro alio: sunt igitur ea quae sunt deposita in hoc thesauro, satisfactiones. Quod autem non quicunque satisfactiones, sed sola superfluae in eodem recondita sint, ex eo patet, quod satisfactiones illæ, quibus satisfaciens indiquerunt pro seipso, iam cesserunt in solutione penarum debitum pro propriis peccatis, & propterea non possunt pro aliis solvere. Et simile est iudicium de satisfactionibus quae pro quibusdam determinate oblatæ sunt: sunt nam & ipsæ fortitudo suum effectum. Quia igitur oportet satisfactiones in thesauro depositas pro alienis penas solutionis offerri posse, oportet huiusmodi satisfactiones esse superfluae, ita quod nec pro his quibus egerunt, nec pro aliis haec sunt satisficerent, hoc est, merita seu opera esse superflua, quo ad officium satisfactionis.

Objectiones autem, quæ ingerere videntur plus requiri ad recondita in hoc thesauro, puta quod non solum sunt satisfactiones superfluae: sed etiam non plene remuneratae, in sequenti articulo monstrabuntur vanæ. Et ideo concludendum est, thesaurum indulgentiarum esse thesaurum superfluarum satisfactionum, seu meritorum, quatenus superfluant, quo ad officium satisfactionis pro pena actualibus peccatis debita.

Q V A E S T I O . III.

Quorum sunt satisfactiones, ex quibus constet thesaurus, unde sunt indulgentiae.

Circa tertium de thesauro quæstum (scilicet quorum sunt huiusmodi superfluae satisfactiones) dubitatio ratio est: quia dicitur, quod sunt Christi & sanctorum: multis tamen doctoribus aduersantibus. Dum quidam nec in Christo, nec in sanctis superflua concedunt satisfactiones: quidam autem eti in Christo concedunt, de sanctis tamen dubitant. Franciscus igitur Maironis in quarto distinctione decimana, negans omnem ex parte huc thesaurum dicit nulla esse Christi superflua merita: quoniam omnia sunt plene sibi remunerata: iuxta illud. Ex in iunctu semetipsum, factus obediens vel que ad mortem, propter quod Deus exaltavit illum, & dedit ei nomen, &c. Duradum vero in quanto distinetur. Christi quidem superflua merita in thesauro hoc affirmit, de sanctorum vero superfluis meritis dubitat dupli ratione. Prima communis sibi & Francisco: quia merita sanctorum sunt plenissime remunerata, immo ultra condignum: quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.

Secundo, quia ad hoc quod satisfactione unius valeat pro alio exigitur intentio dirigens, & applicat satisfactionem illam ad alium, de nullo autem sanctorum authenticè constat, quod habuerit intentionem satisfactionis pro nobis: non igitur sanctorum sunt merita satisfactionis, ex quorum thesauro sunt indulgentiae.

Sed horum opinio tam in rationibus, quam in conclusione, falsa & irrationalis inuenitur. Era Christo inchoado, falsissimum est Christi merita esse remunerata, quum Christus meruerit nobis, & continue remuneretur in membris suis, ut patet in bapti-

baptizatis, q̄ non p̄prio, sed Christi merito ad cœlestem perueniunt patriam. A ratione quoque hoc alienum est, quoniam Christus est caput mystici corporis, quod est ecclesia, ac per hoc gratia eius est gratia capitalis, & proinde meritum eius ita se habet ad membra eius, sicut meritum priuati hominis se habet ad corpus suum, & propterea sicut quilibet homo meretur non solum anima, sed et corpori suo, ita Christus non solum sibi, sed aliis meruit: immo maius quid meruit nobis, quām sibi, quia nobis meruit beatitudinem, quām sibi ipsi non meruit, sed sine merito à principio ceptio- nis sua habuit. Authoritas autem Apostoli non dicit, merita Christi fuisse plene remunerata in se ipso, sed duo illius præmia narrat, scilicet exaltationem ipsius, & excellentiam sui nominis, meruit enim preter hæc multa alia Christus, vt patet ex supradictis à Diuo Thoma. De Sanctorum autem remuneratione duo dicenda sunt.

Primum non curando de proprietate vocabuli, sed communicando in vocabulis cum arguentibus, deinde proprie loquendo de remuneratione. Loquendo siquidem de remuneratione communiter, sive sit proprie remuneratio, sive non, distingendum est, quod merita Sanctorum, quo ad aliquid, sunt totaliter remunerabilia in ipsis Sanctis: quo ad aliquid vero non sunt totaliter remunerabilia ipsis Sanctis, & quo adhuc superfluunt ipsis Sanctis, & ponuntur in thesauro remanentia in diuina acceptatione, remuneranda in alijs. Merita siquidem Sanctorum, licet secundum reliqua officia sua possint remunerari in ipsis Sanctis, secundum tamen hoc officium, quod est satisfacere pro poena temporali peccatis actualibus debita, remunerari non possunt in ipso sancto, si non est debitor alienius temporalis poenæ pro suo peccato actuali: ex hoc enim ipso, quod Sanctus ponitur in debito talis poenæ, necessario sequitur, quod non sit capax talis remuneracionis, scilicet, quod satisfactio sua valeat sibi ad solutionem poenæ pro se. Si supponamus ergo (quod postea probabitur) Sanctos plus satisfecisse, quam pro propriis peccatis erant debitores, oportet consequenter dicere, quod satisfactiones lue in quantum excedunt sua debita, non sunt remuneratae in ipsis Sanctis, quia ipsi non indigebat solutione penarum, qua est seu dicitur remuneratio satisfactionis, abusus (vt dictum est) de remuneratione loquendo. At si proprie loquendū est de remuneratione, dicendi est, q̄ merita Sanctorum omnia sunt plenissime remunerata sibi, ita quod etiam ipse eis superficie satisfactiones sunt plenissime remuneratae, vel remuneranda in ipsis Sanctis, quoniam quicquid inde meruerunt, totum coram eis, sive sit præmium essentialē sive accidentalē. Sed plenissima remuneratio non minuit vim satisfaciū pro aliis, quoniam soluere pro se, vel alio, non est meritum, aut merces, aut remuneratio quicunque, actus enim satisfaciendi, quia Sanctis processit, pro quanto fuit mereri, remuneratus est vita eterna, &c. Et rursus pro quanto fuit tale opus penale sibi, remuneratus est gaudio accidentali: gaudebit enim de hoc, & plus passus est, quam peccata sua demeruerint, vnde & aureola datur quibusdam generibus operum ex ipsa exequitione. Sed propter huiusmodi, & quascunque alias remuneraciones non perdit actus ille officium suum, quod est soluere pro poena tempo-

A rali actualis peccati proprij, vel alieni, immo quā continget superflua satiationem Laurentij soluere pro poena debita Ioanni poenitenti, gaudium quoddam accidentale Laurentius in celo habebit de hoc, quod satisfactione sua soluit pro Ioā ue. Interuenit igitur in huiusmodi ratione super plena remuneratione meritorum fundata, error in hoc, quod satisfacere seu soluere penam temporalem pro actuali peccato debitam, inter remunerations seu remunerabilia computatur, quum lōge sit à genere tam meriti, quām mercedis, vt etiā attestantur doctores, tenentes huiusmodi residuas poenas si contingent inueniri in damnatis, posse solui in inferno, vbi constat non inueniri meritum, aut mercedem. Attestatur etiam, & communis doctrina, tenens in purgatorio solui huiusmodi penas; & tamen in huiusmodi solutione non mereri neque remunerari. Quia ergo plenissima remuneratio quantumcumque ultra condignum, non tollit à meritis Sanctorum superfluens à faciendo pro pena temporali actualium peccatorum, si constat Sanctorum merita plus esse satisfacta, quam ipsi essent debitores, nihil obstabit ratio de plena remuneratione. Quod autem sancti plus satisfecerint, quam demeruerint, testatur Job 6. c. sexto, dicens. Vtinam appèderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quām patior in statera quasi arena maris hæc grauior appareret. Tbi clare liquet, Job plus paustum fuisse, quam pro peccatis suis debuerit pati, in superabundantia autem passionum, consistit superabundantia satisfactionum, vt patet ex antedictis. Simile autem esse de multis aliis iudicium, nemo dubitat. De intentione vero Sanctorum, quod scilicet fuerit pati pro nobis, testatur Apostolus ad Colosens. primo, dicens, Adimpleo ea, quæ sunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. Vbi manifeste patet, diuinam prouidentiam disponuisse passiones aliquas in carne Sanctorum, spectare ad complementum passionis Christi pro corpore eius, quod est ecclesia, & hanc diuinam ordinationem Sanctos adimplere suis passionibus superabundantibus.

E X quibus omnibus patet, argumenta supradictorum doctorum falsa esse. De conclusione autem non est amplius dubitandum, quoniam iam per Romanam ecclesiam determinatum est, indulgentias fieri ex thesauro superabundantium meritorum, seu passionum Christi, & Sanctorum. Quia etiam conclusio quo ad superabundantiam passionum Christi pro nobis fundamentum habet Scriptura prima Iohann. 2. Ipsa est propitiatione pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed totius mundi. Ex qua authoritate patet, passionem Christi sufficienter satisfacere pro toto mundo, ac per hoc quum ex equitate pro paucis tantum satisfaciat, infinitum thesaurum satisfactionum Christi superesse in sacramentis, quibus eadem Christi passio, satisfacit. De Sanctorum autem superabundantibus meritis quo ad officium satisfaciendi pro nobis, fundamentum est in Scriptura in locis allegatis ex Job, & Apostolo. Vnde appetat, quam rationabiliter ecclesia Roma determinauerit.

Et si queratur, ad quis utilis erit tanta superabundantia satisfactionum Christi, & Sanctorum, quāta secundum prædicta supererit post vniuersale iudicium, quando nulli amplius proderit, dum pro Opus. Cae. H nullo

nullo amplius solvere poterit penam peccato debitam , dicendum est , quod hoc ipsum , quod est merita Christi , & Sanctorum , ut satisfactoria , tam excellenter superare , omnes , quae solvendae fuerant , penas , non est vanum , sed ad gloriam Christi , & Sanctorum , & ad commendandam libertatem salvationis electorum . Hæc enim superabundantia meritorum attestatur , quod non ex insufficientia satisfactionum Christi , & Sanctorum damnati sunt reprobri , quasi solis electis illa sufficerent , sed ex propria iniquitate damnati sunt reprobi , pro quibus sufficiens remanet satisfactio , si diuina misericordia ad illos eam applicare vellet .

Si autem queritur , ad quid superabundans satisfactione Sanctorum ponitur , quum Christi satisfactione sufficientissima sit pro toto mundo , respondendum est , hoc propterea esse , ut Christi membra simillima esse capiti , videmus enim diuinam prouidentiam dispositisse , quod Christi membra praesertim præcipua , sibi assimilarentur quantum fas est . Vnde sicut sunt sancti quidam aliorum curatores , quidam aliorum doctores , quidam , qui pro aliis merentur , de congruo tamquam pro aliis impetrant , ita quidam sunt alienarum penarum satisfactores , ita ut assimilentur Christo etiam in hoc , quod pro aliis passus est , dum & ipsi qui patiuntur plus , quam demerentur , pro aliis satisfaciunt .

Q V A E S T I O .

An hic thesaurus subditus sit dispensationi Papæ , aliter quam per sacramentorum collationem .

C irca quartum de thesauro quæstum , an scilicet thesaurus hic subditus sit dispensationi Papæ aliter quam per sacramentorum collationem , ambiguitas magna est , quoniam conferre est . Etum sacramenti sine sacramento , spectat ad claves excellentiae , quas constat non esse communicas Papæ , sed referuatas soli Christo , remissio autem penæ temporalis pro actuali peccato debita , est effectus sacramenti , quoniam hoc sit per Baptismum , & tertiam partem sacramenti penitentie , quæ est satisfactio .

In hac quæstione sciendum est , totam difficultatem consistere non in hoc , an thesaurus iste sit dispensabilis per Papam , sed in hoc , an aliter , quam per sacramentorum collationem possit Papa thesaurum istum communicare , quoniam nulla auctoritate Scripture , nullave ratione haberi videatur , quod dispensatio talis sit credita Petro . Authoritates quidem ille , Quodcumque solueris super terram , & quorū remiseritis peccata , intelliguntur proculdubio secundum subiectam materiam , ut scilicet ea , quæ spectant ad remissionem peccatorum , commissa sint solvenda , & remittenda mediante bus sacramentis . Ratio quoque communiter allata scilicet , quod communia bona ecclesiæ sunt dispensabilia per praesidentem ecclesiæ eandem patitur difficultatem . Declaratur enim , quod communia ecclesiæ bona spectantia ad remissionem peccatorum , sunt quidem dispensabilia per praesidentem ecclesiæ , sed non quomodolibet , sed certo modo , hoc est per collationem sacramentorum . Ratio demum ducens ad inconveniens , puta quod superflue sa-

factions Sanctorum frustra depositæ essent in thesauro , quia illæ non communicantur per sacramenta , sicut satisfactiones Christi , nec posunt dispensari sine sacramentis , ergo vanæ sunt in thesauro ecclesiæ . Hæc inquam ratio facile solvitur dicendo , quod sunt in thesauro ecclesiæ , ut à Christo dispensentur membris ecclesiæ militantis , & quod hoc sit quotidie , dum meritis Sanctorum petimus remissionem peccatorum , & exaudimur , ita , quod secundum has difficultates , huius thesaurei dispensatio aliter quam per sacramentum , referuata videtur summo Sacerdoti Christo , qui solus nouit merita causarum circa remissionem peccatorum .

Licet autem difficilis sit notitia quæstionis huius , qui tamen vniuersalis ecclesia factò declarauit , ecclesiæ & prælatoris posse huiusmodi thesaurem , siue sacramenta dispensare , dum episcopi omnes indulgentias dant non crudeliter loco solius vinculi iniunctionis transmittendo ad poenas purgatorijs : sed gratosè loco ipsarum satisfactionum iniunctionarum : ex hoc enim , ut in superioribus manifester est oportet dicti thesaurei dispensationem interneare , quum non possint aliter fructuose huiusmodi indulgentias succedere piententis iniunctis : ideo abique hæsiatione aliqua etiam si nulla adeficit ratio , fatendum est dicti thesaurei dispensationem , non solum per sacramenta quo ad merita Christi , sed aliter , quam per sacramenta quo ad merita Christi , & Sanctorum commissam esse prælatis ecclesiæ , & præcipue Papæ . Et hoc tanto magis fatendum est , quanto per Leonem decimum , determinatum est . Suffragatur autem huic veritati ratio , tanto acceptabilior , quanfò magis soluit omnes difficultates accidentes in hac re . Est autem ratio hæc , Communia præsentis ecclesiæ bona communicabilia aliter , quam per sacramenta , sunt à praesidente ecclesiæ dispensabilia aliter , quam per sacramenta : sed merita Christi , & Sanctorum , ut super abundantier satisfactoria , sunt communia bona præsentis ecclesiæ communicabilia aliter , quam per sacramenta : ergo sunt à praesidente ecclesiæ dispensabilia aliter , quam per sacramenta . Maior propositio nullam videtur habere in instantiam : minor autem ex supradictis clara est , excepta ultima particula , scilicet , quod hæc bona sint communicabilia aliter , quam per sacramenta . Quæ particula manifestatur ex eo , quod hæc eadem bona potuisse si voluissent Sancti communicare , non per viam sacramenti aliis membris ecclesiæ in particulari : ex hoc enim , quod ipsi potuissent hoc efficere aliter , quam per sacramenta , sequitur , quod satisfactiones illæ suæ naturæ sunt communicabiles aliis aliter , quam per sacramenta . Hinc quoque monstratur validam esse ad propositum auctoritatem illam , Quodcumque solueris : nam versus illius intellectus est . Quodcumque solueris eo modo , quo illud est solubile , & sic in omni materia currit , & ad propositum efficax inuenitur . Estenim sic prædicanda . Quodcumque per sacramentum solubile , solueris , per sacramentum , & similiiter . Quodcumque aliter , quam per sacramentum solubile , solueris etiam aliter , quam per sacramentum , & cetera . Et sic subsumendo , quod penæ temporis pro actuali peccato debita , est solubilis , & per sacramentum , & per alienam satisfactio-

nem

nem sine sacramento applicatam, insertur, q̄ hu-
iūmodi pena poneat a Petro solui non solum per sa-
cramentum, sed et per alienam satisfactionem si-
ne sacramento applicatā. Per hoc est saluatur ratio
cōis de potestate praeſidentis ecclesiae, qm̄ vera eſt
respectiue intellecta, hoc eſt, quod bona cōicabili-
tate per sacramenta ſolum, poteſt per sacramenta
cōicare: bona autem cōicabiliā etiam aliter, quām
per sacramenta cōicare. Illud vero, quod glosſan-
do, ſeu rindendo dī, ea que ſpectant ad remiſſio-
nem peccatorū commiſta eſt prælatis ecclesiae me-
diantib. ſolummodo sacramentis. Verū eſt de ſpecta-
tib. ad remiſſionē peccatorū ſimpliſter, nō aut de
hiſ, q̄ ſpectant ad remiſſionē peccatorū ſimiliter, q̄
de quorū numero eſt remiſſio penā temporalis
pro auctuali peccato debita: preſupponit enim pec-
catum ſimpliſter remiſſum; & p̄m minimū quid
tantum, puta temporalē penā remittendum.

Et per hoc patet ſolutio principalis argumenti.
Nam ſine ſacramento confeſſe ſacramenti effectū
ſimpliſter, ſeu totalem, ſpectat ad claves excellen-
tia: confeſſe aut ſine ſacramento id, quod parti-
liter poteſt eſſe effectus ſacramenti, poteſt pertine-
re ad claves ministerij. Sic autem eſt in proposito
qm̄ remiſſio penā temporalis pro auctuali peccato
debita, nullus ſacramenti eſt ſimpliſter, ſeu tota-
lis effectus, liceat ſit partialis Baptiſmi effectus, &
poſſit eſſe partialis aliorum ſacramentorum effectus,
& poſſit etiam ſine ſacramento effici, & ſine
actu clavium. Quia conſtat, q̄ poteſt, vel per pro-
prios actus penitentis, vel per amicorum ſatiſfaci-
tiendum pro eo actus fieri, vt patet quum aliquis
moſtificat ſeipſum iejunando, peregrinando, &c.
pro peccatis suis, vel amicus ſimiliter facit, vt pro
amicō ſatiſfaciat.

TRACTATVS NONVS.

Decaſta indulgentiarum in duas qua-
ſtiones diuiſus.

S V M M A R I V M .

1 Num neceſſaria ſit aliqua rationabilis cauſa indulgen-
tiarum.

2 Num cauſa in bulla indulgentiarum expreſſa ex hoc ip-
ſo ſtrationabilis.

Q V A E S T I O N I .

Vtrum neceſſario requiritur rationabilis cauſa
indulgentiarum.

TRACTA cauſam indulgentiarum dubitum
duplex occurrit, prium, an neceſſario
requiratur cauſa rationabilis: ſecundum,
an cauſa expreſſa in bulla, ex hoc ipſo, q̄
eſt expreſſa, ſit rationabilis.

Circa priuatum, videatur pars negativa vera, quo-
niam indulgentia indiscreta, licet peccet conce-
iens, ſunt efficaces. Dicuntur autem indulgen-
tiae indiscretae, que ex cauſa non rationabili pro-
cedunt.

Præterea dispensatio ministeriorum Dei in ec-
clesia præſenti, eſt valida etiam ſine cauſa rationabili
facta: ergo dispensatio indulgentiarum etiam ſine
cauſa rationabili facta, debet eſſe valida. Ante-
cedens patet in promotione indignorum: ſi enim

A indigni aliqui promoueantur ad episcopatu, prio-
ratum, Abbatiam, &c. quāuis promotor pcfime
diſpenset huiusmodi minifteria, facta tamē tenēt.
Consequentiā vero probatur, quia ſicut credita eſt
Papa diſpenſatio indulgentiarum, ita & diſpenſa-
tio minifteriorum Dei: iuxta illud, Sic nos exiſti-
met homo, vt ministros Christi, & diſpensatores
minifteriorum Dei.

In oppofitum autem eſt, quod indiscretae indul-
gentiae enuerant ſatisfactionem poenitentialem, vt
dicitur extra de poeniten. & remiſ. capit. quum ex
eo, non enuerant autem, ſi eſſent valide, ſed ſup-
plerent, adimplicentes in veritate, quod per ſatiſ-
tationem poenitentialem agendum erat.

In hac quaſtione aliiquid ſupponitur, & aliiquid
quaeritur ſupponitur enim cum doctriña com-
mu ni, quod unum requisitorum neceſſario ad effica-
ciā indulgentie, eſt cauſa rationabilis. Quod eſt
manifestatur, ex eo, quod ſi daretur indulgentia
ob cauſam prophanam (puta pro eundo ad thea-
trum) conſtat, quod indulgentia eſſet nulla. Hoc
autem ſuppoſito in quaſtione vertitur, an quē
admodum at collationem indulgentie requiriunt
rationabilis cauſa, ita neceſſario, quod ſine illa in-
duļgentia non eſt valida ita ad effaciātā tantā
indulgentie (puta centum, vel mille annorum, &c.)
exigatur ſimiſi necessitate rationabilis cauſa tanta
quantitatē indulgentie, ita quod ſine huiusmodi
rationabili cauſa tanta quantitas indulgentie eſt
inauidata.

Ex communib. autem applicatis ad hoc, non
eſt diſſiſile concludere partem affirmatiām ve-
ram, ſcilicet ad effaciātā tantā indulgentie exi-
gitur rationabilis cauſa quantitatē indulgentie,
ita quod ſine illa non eſt valida. Nam ſi, ut iuppo-
nitur, & communiter confitemur, rationabilis
cauſa eſt ſic neceſſaria ad indulgentiam, neceſſario
ſequitur, quod ad tantam indulgentiam eſt eiam
ſic neceſſaria rationabilis cauſa iuuſus quantitatē. Et
probatur ſequela induſtiae.

Verum ad minus communia deſcendendo eō
ſiderandum eſt, quod licet potefas papæ ſuper co-
munia ecclesiæ bona tam ſpiritualia, quam corpora-
lia ſit diſpenſatiua: iuxta illud Apoſtoli, Diſpenſa-
tio mihi credita eſt, res tamen ſupieſta huius-
modi potefati, diuerſimode illi ſubdantur, & di-
uerſimode ab illa attinguntur. Et quantū ad pro-
pofitum ſpectat, diſtinguenda ſunt in duo genera,
ſcilicet validorum ex ſolo imperio, vel non valido-
rum ex ſolo imperio, ſunt enim quādam in Dei
ecclesia, que quamuis ad hoc, quod recte fiant, vi-
tra pontificis imperium exigant rectam regulam
voluntatis imperantis; ſi tamen abſque recta regu-
la ſolo pont. imperio fiant, valida ſunt, de quib. u-
ra dicunt, quod multa fieri prohibentur, quæ tñ fa-
cta tenent. De quorū numero ſunt diſtributio-
nes benefiſiorum, diſpenſationes matrimoniorū
in caſib. diſpenſabilib. & ſimilia. Secundum autē ge-
nus: in ualidorum, ex ſolo imperio, adhuc ſubdi-
ſtinguitur: nam quāda in ualida ex ſolo imperio,
attingi cum hoc poſſunt à pontifice verba, & ope-
re per viam facti: quāda vero ſunt in ualida ex ſolo
imperio, quæ cum hoc per viam facti attingi non
poſſunt opere, ſed verbo tñ. In primo mēbro hu-
iū ſubdiſtinctioſis continetur dilapidatio bonorū
ecclesiae, ſi em̄ pontifex pro ſuo libito ecclesia ter-
ras, &c. donaret, donatio eſſet in ualida: qm̄ ipſe nō
eſt dñs bonorum ecclesiae: & ſi facto, & bullis po-
neret eos, quib. donauit in poſſessionem, non pro-

Opus Caic. H 2 pterea